

**Zeitschrift:** Mitteilungen der Naturforschenden Gesellschaft Bern  
**Herausgeber:** Naturforschende Gesellschaft Bern  
**Band:** - (1854)  
**Heft:** 324-325

**Rubrik:** Auszüge aus Briefen

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 04.04.2026

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

*Christ. Wolf an Bernh. Bilfinger. Halle, 4. Mai 1723:* Scripsi nuper, quid Theologi nostri illiterati, ambitione et hypocrisi turgidi, contra me moliantur et quomodo Rex potentissimus libidinem ipsorum coërcere voluerit. Enimvero cum sustus theologicus, aut, si mavis, pseudo-theologicus non ferat, ut in voluntate regis acquiescant, nova contra me moliantur homines vesani. Scilicet cum Langius sit Decanus ordinis theologicici, Michaëlis philosophici, facile persuaserunt Pro Rectori invidiam theologicam metuenti, Boehmero, Cancellario praesertim Ludwigio, qui a partibus meis stat, absente, ut per conclusum Decanale Decanus ordinis nostri errores, qui ipsi viderentur, ex *Metaphysica* mea aliisque scriptis exciperet, cum Collegis, ut consentirent in sententiam decretoriam, excerptos communicaret, atque sic auctoritate totius ordinis damnatos Pro Rectori afferret nomine totius Academiae ad Regem mittendos eo fini, ut a lectionibus philosophicis arcerer, in solis mathematicis et physicis muneris mei partes adimpleretur. Misit excerpta Decanus ad Collegas, sed Senior, Cancellarius aliique suscriptionem recusarunt. O sancta simplicitas ordinis nostri theologicici, qui in Papismum debacchantes homini, qui in Grammatica Graeca et Hebraea consenuit, nec unquam philosophiam vel primis labris degustavit, per concilium Decanale privilegium infallibilitatis in judicandis controversiis subtilissimis conferri posse somniant! Sed ecce Tibi specimina gravissimorum errorum. Damnat Doctor infallibilis per decretum Decanale, quasi ex tripode loqueretur, essentias rerum esse necessarias, minime arbitrarias, ut ne quidem a Deo quicquam in iis immutari possit; animas habere vim ideas producendi; vi legum motus eandem in conflictu conservari virium quantitatem, cum Deus omnipotens vim, quam corporibus dedit, pro lubitu augere et minuere possit (en novam methodum mathematicas demonstrationes ex catechismo refellendi, dignam sane, quam cum Bernullio communices, ut habeat, quod rideat, immo quod cachinnum moveat); influxum physicum experientia non confirmari. Inprimis contra harmoniam praestabilitam debacchatur, contra sapientem rerum nexum a Deo ab aeterno determinatum recoquit consequentias a Neumeistero contra Reformatorem absolutum decretum nuper revocatas, et imprimis errorem gravissimum urget, quod affirmaverim, multa eventura fuisse aliter, quam nunc, si sedem fixam alibi, quam Halae constituissem. Probat me scripturam sacram subsannare, quod exemplum miraculi adducam asinum rationi conformia verba proferentem. En acumen Grammatici nostri vere asininum!

*Christ. Wolf an Bernh. Bilfinger. Marburg, 11. Februar 1724:* Nosti fundamenta odii adversus me concepti, nempe quod adhaererem partibus orthodoxorum, nec Franckium venerarer instar Dei et Langium instar hominis a Deo secundi. Intellexi ex quodam Paedogogo

orphanotrophii, primum principium ibidem haberi: adora Franckium et captiva rationem, eam sub auctoritatem ipsius subjugando. Cum hujus principii ope et pendentis, inde in orphanotrophio praxeos in atheismum indicisset, et per plurimos annos pietatem simulasset, Franckium tacite Hypocritarum Principem veneratus, ipse pro regenito adultae aetatis inter suos habitus (erat enim bona mente praeditus et Franckii partibus quam maxime addictus), auditis meis de Deo lectionibus ab atheismi labe purgatus plurimas mihi egit gratias ac pietismi foeditatem detestatus est. Frequentiores deinceps Praeceptores cum orphanotrophii, tum Paedagogii interfuerunt lectionibus meis, et studiosi Theologiae erectioris ingenii, sed nullius prudentiae per contemptum locuti sunt de lectionibus Theologorum, ubi ex meis didicissent, nulla ipsos in docendo uti, quae ad solidam cognitionem Theologiae sufficeret. Quo magis vero incenderetur studiosorum Theologiae desiderium mearum lectionum audiendarum, eo vehementius mihi succensebant Theologi, et ipsos a lectionibus vel invitos arcere omni molimine annitebantur.

*Christ. Wolf an Bernh. Bilfinger. Marburg, 23. October 1724:* In elogio Monmortii videntur mihi quaedam occurrere, quae alieniorem Fontenellii animum a Bernoullio probant. Cum de talibus ad Te scribere soleat Bernoullius, quid, quaeso, de latentibus aculeis sentit?

*Christ. Wolf an Bernh. Bilfinger. Marburg, den 1. Sept. 1726:* Cel. Hermannus rem aggreditur arduam formulas omnes integrabiles integraturus et non integrabiles ad quadraturas simplicissimas reducturus. Inventum in analysi infinitesimali erit sine pari. Et quamvis multa circumspectione opus sit, ne imponat universalitas; allatum tamen specimen jam probat, quod daturus sit praeclara et arti profutura: quoniam vero vix est alius quispiam, qui tantum temporis tantumque studium in calculo differentiali consumsit, praeter Hermannum; igitur vulde opto, ne nimio labore valetudini obsit, ut meditationes feliciter coeptas continuare et, si non brevi, post plures tamen annos ad finem feliciter perducere possit . . . . . Cl. Crosa in aula nostra versatur, educationem Principis olim haeredis futuri moderaturus. Adversarii eum in partes suas pertraxerunt, ut ante abitum ex Academia Groenigana conscripserit dissertationem de mente humana, in qua non modo omnia Langiana convitia et criminationes mirificis encomiis extollit, sed fuco quoque suo oratorio adeo exaggerat, ut veluti theologos provocare videatur ad philosophiam meam opprimendam. Divina tamen providentia factum est, ut, qui sunt in aula potentes, non adeo honorifice de viro isto sentiant, quem in aula appellare solent venatorem veritatis (chasseur de la vérité) propterea quod se talem esse dixerit, cum a serenissimo principe Wilhelmo, qui eum ad aulam pertraxit, ad ventionem invitaretur . . . . . Clerici judicium negligi potest, qui infensissimo in Crosam est animo, ita ut jam de eodem publice judica-

verit, quod aut stultus sit, aut impostor (ou un fou, ou un fourbe).  
..... Plurimum doleo, Cl. Nicolaum Bernoulli vobis esse  
ereptum, qui nomine Bernoulliano digna daturus erat, si vita longior  
eidem obtigisset. Opto ut Cel. Hermanno, quem meo nomine salutes  
velim, propitium numen addat annos Bernoullio debitos.

(R. Wolf.)

---

## **Verzeichniss der für die Bibliothek der Schweiz. Naturf. Gesellschaft einge- gangenen Geschenke.**

*Von der physikalisch-medicinischen Gesellschaft in Würzburg :*

- 1) Verhandlungen. Bd. IV. 2. Würzburg 1854. 8vo.
- 2) Verzeichniss der Bibliothek der physikalisch-medizinischen Gesell-  
schaft in Würzburg. Würzburg 1853. 8vo.

*From the American Academy of Arts and Sciences at Boston :*

- 1) Memoirs. Vol. V. Part. I. Boston 1853. 4to.
- 2) Eustis, Plan exhibiting the ravages of the Tornado of August  
1852. Fol.

*Von dem zoologisch-mineralogischen Verein in Regensburg :*

Abhandlungen. Heft 4. Regensburg 1854.

*Von der physikalischen Gesellschaft in Berlin :*

Die Fortschritte der Physik in den Jahren 1850 und 1851. Erste  
Abtheilung. Berlin 1854. 8vo.

*Von Herrn Professor Wolf in Bern :*

- 1) Fetscherin, ein Beitrag zur pathologischen Anatomie des  
Horngewebes. Bern 1853. 8vo.
- 2) Die Astronomie und die Astronomen seit dem Jahre 1845. Im  
Lichte und Schatten unsrer Zeit betrachtet von einem Astrono-  
men. Leipzig 1854. 8vo.
- 3) Max. Hell, Beiträge zur praktischen Astronomie; aus dem  
Latein. übers. von Jungnitz. 3 Bände. Breslau 1791. 8vo.  
Mit Tafeln in 4to.
- 4) Littrow, über den gefürchteten Kometen des Jahres 1832 und  
über Kometen überhaupt. Wien 1832. 8.
- 5) Schaffnit, geometrische Konstruktionslehre oder darstellende  
Geometrie. Zweite Auflage. Darmstadt 1837. 8vo.
- 6) Schaffnit, Sammlung aller Streitschriften zwischen Mau-  
pertuis, König, etc. Leipzig 1753. 8.

